

mota nobis a domino Rigensi archiepiscopo questione super capella beati jacobi Wýsby in nostra sita dyocesi & nobis petentibus priuilegia si qua penes ipsum essent quibus intencionem suam posset sufficienter comunire. Elapso longo tempore cum nec aliquam personam ydoneam ad ipsam capellam nobis iure patronatus presentaret. nec alicuius exempcionis a jure communi priuilegia nobis ostenderet licet ei sufficienter commonito super hiis diucius deferremus. sicut eciam ore ad os domino darbetensi episcopo tunc tutori Rigensis ecclesie fuimus colloquti. Nos ipsam dictam capellam pro derelicta habentem intelligentes. Ne diucius cultui diuino qui in ipsa fieri consueuit obseruancia debita subtrahatur. prefatam capellam. domino he. plebano ecclesie sancte trinitatis wisbý presencium auctoritate in spiritalibus & temporalibus commendamus firmiter inhibentes ne quis ipsum super ea presumat aliquatenus molestare In cuius rei testimonium presentes litteras eidem contulimus sigilli nostri munimine roborata Datum Kasterlørso anno dominij MCCLXX secundo in vigilia apostolorum petri & pauli.

565.

1273.

Prestmannen PETERS i Berg Testamente af gårdarne i Berg och Herlöf och penningar till Nydala och Calmare kloster, Hospitalet på Öland, samt Wexiö, Qvenneberga, Ör, Herlöf, Öyaby och Bergs kyrkor och Presterna i Norr-Widinge härad.

A. 4. a. 7.

In nomine patris & filij & spiritus sancti. Ego petrus sacerdos de býærgh sanus & incolumis in remissionem meorum peccaminum testamentum meum condidi in hunc modum In primis ad honorem virginis gloriose medietatem domorum mearum quas in fundo ecclesie býærgh edificauit & condigno precio comparauit. claustro noueuallis ad vsus fratrum ibidem deo seruencium confero perpetuo possidendas. Quarum medietatem fratribus de claustro kalmarnie cum aliis decem marcis delegauit. Ceterum ecclesie Wæxionensi. III. marcas denariorum. ecclesie Quænabiærghum. I. marcam. ecclesie. ør. I. marcam. ecclesie de hærælde. I. marcam ecclesie de øaby. I. marcam. ecclesie de býærgh. III. marcas. & singulis sacerdotibus de norwiþingahæræth duas marcas denariorum pro elemosina duxi conferendas. Predium meum quod hærælde possideo cum omnibus attinenciis monasterio noueuallis pro loco sepulture mee in eodem monasterio. confero perpetuo possidendum. Hospitali in ølandia duos lectos cum tribus parijs lintheaminum delegabo. Datis istis. si aliqua sunt de bonis meis remanencia fratribus noueuallis pro elemosina duxi conferenda. Ne igitur has prouisionis mee litteras. in posterum aliquis ausu temerario in futurum audeat precassare. Sigillis uidelicet

fulconis legiferi. & Tvconis quondam domini Johannis filii. & Domine. R. matris sue duxi roborandas. Date & acte anno domini. M°.CC°.LXX°.III°. Saluo michi iure minuendi vel augendi remanente.

Sigillen äro bortfallne från 4 ur brefvet klippta remsor.

566. *)

1273. d. 5 Febr.

Bjälbo.

Hertig ERICS gåfvobref på delar i Näsby och Vengi till sin syster Fru CHRISTINA.

A. 7. a. 1: 10.

Vniuersis presens scriptum intuentibus. B. quondam ducis filius. Ericus. salutem in omnium saluatore ihesu christo vniuersitati uestre patenter elucescat nos duos octonarios in nesby & dimidium octonarium in Vengj. dilecte sorori nostre domine Cristine multorum discretorum & fide dignorum testimonio fideliter assignasse eosdem a nobis & heredibus nostris alienantes & sibi suisque heredibus in perpetuum ascribentes. Set quia actiones huiusmodi cito labuntur secundum fluxum temporum nisi debeant memoria litterarum eternari. & quia hec donacio ut magis fiat stabilis. ne qua possit calumpnia processu temporis vexari: sigillo dilectorum fratrum nostrorum. videlicet. domini Regis domini Magni sueorum ducis. benedicti archiedyaconi lincopensis nec non & nostro presens scriptum fecimus roborari. Datum bielbo. Anno dominj M°.CC°.LXX°.III. Nonis februarii.

Sigillen i röda silkestrådar. N:o 2, 3 skadade N:o 1, 4 bortfallne.

567.

1273 d. 13 Apr.

Rom.

Påfv. GREGORIUS X:s Kallelsebref till Ärke-Bisk. i Thronnhem och Ärke-Bisk. FOLKE i Upsala att bevista det allmänna kyrkomöte, som skulle hållas i Lyon, rörande Heliga landets återtagande.

K. c. 181.

Gregorius Papa Decimus Nidrosiensi Et Fulconi Vpsalensi Archiepiscopis.

In literis quas per vniuersos orbis Principes & Prælatos super generalis conuocatione Concilij destinauimus locum in quo idem Concilium conuenire deberet ex causa duximus subticendum. Prædiximus tamen in illis quod locum eundem ipsis Principibus & Prælatibus intimare competenti tempore curaremus. Nobis igitur cum Fratribus nostris huiusmodi loci electio-

*) En Bulla A. 1. d. 70, af våra Diplomater (jempf. v. Celse Bull. S. 84 n:o 2.) förd till Påfv. GREGORIUS X och år 1273 d. 23 Jan., skulle här upptagits, om den ej varit blott en afskrift af Påfv. GREGORIUS IX:s förut under N:o 249 d. 23 Jan. 1229 upptagna skrifvelse.